Gratia subveniri vestrosque strenuos actus donationis benignitate
fovere, quos laboriosis sudoribus tam vos quam vestri agnati de
Ditionerii progenia predecessores prestantes egistis, in partibus Lo
bardie et presertim Vercellis, pro defensione honoris Aurium
Sacri Imperii semper adversus procellas hostiles viriliter resisten
do, prout magistra rerum efficax experientia manifestat, et
nobis est notum ex relatione quamplurimum fidedignorum, Vobis
vestrisque liberis legitimis masculis, tam presentibus quam
futuris, Donamus, Tribuimus atque concedimus, ex certa scien
tia massos triginta nemoris et zerbi sitos in diocesi Vercellen
in loco Anucini, et terre nemorum et sic coherent ab una
parte aqua Amporii, ab alia aqua Gardine, ab alia terra mo
nasterii de Septimo, a tribus vero, vobis donantes predicta
tandem ut eandem habeatis perpetuo, cum eorum pertinentiis
universis et iuribus pleno iure, et cum eorum proprietate, solo
omnibusque eorum proventibus, Que quidem nemus et zerbum
sunt solita pertinere comuni, et hominibus Auxiliani, dicti superio
Vercellis sunt ut sacri Imperii, Qua quidem donatione, con
cessione et permissione faciemus vobis vestrisque liberis, plena
per nos causa cognitione adhibita, etiam si a predictis
hominibus et comuni Auxiliani seu ab aliis quibuscumque possideantur
aut detineantur qualitercumque premissa et non obstante, quod
super donatione presenti non emanavit solita Iussio, seu manda
tum, legibus quoque consuetudinibus, privilegiis et statutis
quibuscumque per que presens concessio posset impediri, aliqua
liter et differri, nullo modo obstantibus, Que omnia ex certa

scientia